Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Homiliarium Pauli Diaconi - Cod. Aug. perg. 19

Paulus <Diaconus>

[S.l.], [9. Jh.]

Venerabilis Beda presbiter: Sermo zu der Evangelienlesung

urn:nbn:de:bsz:31-6704

Visual Library

quando lucerna extinguitur.
non tales tenebras habebis. ubi
gaudebis. ubi laetaris. ubi te
uoluptatibus carnis oblectes.
Nonsicerunt ipsae tenebrae. sed
quomodo erunt? Ibi erit &
fletus & stridor dentium.
Tortor sine defectu. tortus sine
defectu. nec qui torque& fatiga
tur. nec qui torquetur moritur.
Ergo erunt aeternae lacrimae
illis qui sic uixerunt. erunt
aeterna gaudia scorum.
quando uenientes uenient in
exultatione portantes manipu
los suos. Dicent enim messis
tempore domino suo.
Dne adiuuante te fecimus quod
iussisti. redde quod promisisti
in aeternum.

ITEM IN FESTIVITATE
MARTYRUM.
LEC SCI EVG SEC LUCAM.

In illo temp. Descendens ihc de
monte stetit in loco campestri;
Et reliqua.

CXIIII SERMO UENERABILIS BEDAE PRBI DE EADEM LECTIONI

ET IPSE ELEUA
tis oculis in discipu
los suos dicebat. beati pauperes
quia uestrum est regnum di.
Et si generaliter omnibus loqui
tur. specialius tamen oculos
saluator in discipulos leuat.
ut his qui uerbum intenta cor
dis aure percipiunt. latius sa
poris intimi lumen aperiat.
Cui simile est quod matheus ait.
Et cum sedisset accesserunt ad
eum discipuli eius. & aperiens
os suum docebat eos dicens.
Beati pauperes spu. Nam qui
bus os in monte sedens aperit
ut magna sublimiter audiant.
meos oculos stans in campo diri
git. ut audita patenter intelle
gant. Beati itaque pauperes.
non utique omnes sed illi tantum
modo qui omne praesentis saeculi
tam & si altum uideatur proni
hilo culmen ducunt. Quime
rito regni caelestis perhibentur
munere digni. quia del&tati
onis humanae probantur cupi
ditate nudati. Qualem se
rex dauid pauperiem sustinu
isse declarans ait. Ego uero
egenus & pauper sum. Et alibi
non modo terrestria sed & ipsa
pro dno super caelestia parui
pendens dicensq; quid enim mihi
restat in caelo. & a te quid uolui
super terram. Mox ubi spei

ſuae fixit & anchoram ſubdendo
manifeſtat · mihi autem adhere
re dō bonum eſt ponere in dn̄o
dō ſpem meam · Alioquin non
nulli miſerrima conditione
paupeſtatiſ · & hic saeculi gau
diſ abinopia rerum · & ibi reg
nodī obmeritorum nequitiam
carent · Beati qui nunc eſuri
tiſ quia ſaturabimini ·

Quid eſurire beati quid ſitire de
beant · matheuſ exponit · uidelic&
iuſtitiam · Apertiſſime noſ in
ſtituens · numquam noſ ſatiſ iu
ſtoſ aeſtimare debere · ſed coti
dianum iuſtitiae ſemper amare
immo ardere profectum ·

Cuiuſ perfectam ſaturitatem non
in hoc saeculo ſed in futuro poſſe
prouenire · ſupernorum deſide
rio pſalmiſta flagranſ oſten
dit · quia ait · Ego autem cum
iuſtitia apparebo in conſpectu
tuo · ſatiabor dum manifeſtabi
tur gloria tua · Poteſt ſim
pliciter accipi beati qui nunc
eſuritiſ · qui caſtigatiſ corpuſ
ueſtrum & ſeruituti ſubicitiſ ·
qui in fame & ſiti uerbo operam
datiſ · quia caeleſtium tunc gau
diorum habebitiſ ubertate pfrui ·

Beati qui nunc fletiſ quia ridebi
tiſ · Non temporalium dam
na commodorum · ſed uirtutum
detrimenta ſpiritalium qui flent ·
aeterna beatitudine conſola
buntur · Ubi non nr̄a ſolum
ſed & proximi iubemur commiſ
ſa deflere · Quem ſi ut noſ dili
gimuſ · conſequenter illiuſ & pro
fectu noſ gratulari · & defectu
neceſſe eſt tribulari · Nec ſolum
tribulari uerum ad lacrimaſ
uſque ſuccendi · Si enim ſamu
hel & dauid p&catum ſauliſ & in
teritum lugent · Sic peccatri
cem dn̄ſ ipſe fleuit ſuper ciuita
tem · & meſtiſ conpatiuſ ſororib;
lazarum quem diuina erat ma
ieſtate reſuſcitaturuſ humana
priuſ miſeratione deflebat ·

Miſtice ſignificanſ eoſ qui peccati
morte ſopiuntur · ut reuiuiſcere
queant · e proximiſ eſſe plangendoſ ·

Quod autem nunc flenteſ riſuroſ
eſſe promittit · non pueriliter
accipiendum eſt · ſed ſcripturae
more riſuſ nomine mentiſ & xul
tatio & affectuſ quidam laeti
oſ intellegendum eſt eſſe deſig
natuſ ſicut ſa ra riſum inquit
mihi fecit dſ · Et in iob dic
tum eſt · oſ autem ueracium re
plebit riſu · Per quae ut dixi
nomina gaudium animae fi
guratur interiuſ · Beati eri
tiſ cum uoſ oderint homineſ ·
& cum ſpreuerint uoſ & expro

brauerint. Quipropter di
uitias hereditatis xpi inscius prop
ter panem uitae aeternae. propter
que spem caelestium gaudiorum
fletus esuriem. paupertatem q;
pati desiderat. beatus est.
Multo autem beatior qui has in
ter aduersa uirtutes seruare
non trepidat; quia odiant licet
homines corde nefando. dilec
tum xpo cor ledere nequeunt.
separent & sinagoga depellant
xps inuenit & confirmat.
Exprobrent nomen crucifixi. ipse
cum mortuos sibi conresuscitat.
& consedere facit in caelestibus.
Et eiecerint nomen urm tamquam
malum propter filium hominis.
Nomen urm quod dicit. nomen
xpianorum significat. quod a
gentibus iudaeisque saepissime
quantum ad ipsos memoriae
abrasum. & ab hominibus est
eiectum. nulla iam existente
causa odii nisi propter filium
hominis. Quia uidelicet nomen
xpi credentes suum uoluerint
facere cognomen. Atque ideo
nominis summi persecutores ho
minum non inmerito nomine no
tantur. Beati inquit eritis cum
uos oderint homines. Docens
eos ab hominibus insectandos.
sed ultra homines esse beandos.

Gaudete in illa die & exultate.
ecce enim merces uestra multa in caelo.
Non hoc a quolibet patiente. sed
ab eo qui supernae tantum mer
cedis intuitu patitur praecep
tum potest impleri. Vt scilicet
inter odia cordium. inter probra
linguarum. inter ipsas persequen
tium manus. aequali immo
laetiori adhuc corde uersetur.
Non ad hoc nri similes ualent.
sed eorum qui ibant gaudentes
a conspectu concilii. quo digni
habiti sunt pro nomine ihu con
tumeliam pati. Qui ergo multa
in terris pro xpo sustinet aduer
sa. multa in caelis pro xpo reci
piet dona. Ceterum quanta
ab helia uerborum iacula falsi
sustinuere prophetae. quos de
ridens aiebat; clamate uoce
maiore. ds enim est baal. & for
sitan loquitur. aut in diuerso
rio est. aut in itinere. aut certe
dormit ut excitetur. Quan
tam dedere stragem. quia octin
genti simul & quinquaginta sunt
interempti. Verum quia
baal & non xps in causa erat.
nec inrisi gaudebant. nec occisi
palmam sed poenam meruere
perennem. Secundum haec
enim faciebant prophetis patres
eorum. Bene exemplo adhor

tatus est. quia uera dicentes
solent persecutionem pati. nec
tamen ideo prophetae antiqui
timore persecutionis auersita
tis praedicatione defecerunt.

Notandum sane quia sicut ma
theus per octo quas posuit bea
titudines. octauam spei nostrae
perfectionem qua resurrectio
nis gloria dedicatur insinuat.
ita lucas per quattuor. uirtutes
amplectitur cardinales.

Beati enim pauperes. qui per tem
perantiam a mundi refrenantur
inlecebris. Beati esurientes.
qui sua fame commoniti esuri
entibus esse miserendum. & ipsi
per iustitiam miserentur ut ua
lent. Nam elemosinam quam
xpo non nostra donamus sed sua
reddimus. iustitiam recte dici
testatur psalmista qui ait.

Dispersit dedit pauperibus iusti
tia eius manet in seculum secli.

Iustitia est enim qua sua cuique
tribuimus. nemini quicquam
debentes nisi ut inuicem diligamus.

Beati qui per prudentiam inter
bonum dinoscentes & malum.
occidua flere & ad aeterna no
runt anhelare. Beati qui per
fortitudinem fidei. omnia ua
lent molesta tolerare. Igitur
qui necdum consummate iustu
tis arcem conscendere ualent.
generalis interim perfectionis
sunt beatitudine perfouendi.
quatenus a bonis paulatim
ad meliora progressi. dum con
sistentem in planitie dnm liben
ter auscultant. ad hunc quan
doque in monte sedentem sub
limiter ascendant. Nam
quorum adhuc edomandis in
struendisque cordibus insistit.
hos quasi stans qui situs est la
borantis affatur. Quos uero
longo studii spiritalis exercitio
promptos iam iamque ac dociles
inuenit. his libertate ac digni
tate magistri. quasi quietus
saluator residens. mystica
quaeque desupernis intimat.

Quae spiritalium differentia
profectuum. in israhelitieae ple
bis est habitu pulcherrimis ex
pressa figuris. ubi uulgus om
ne quibus lib& uestibus utens.
in quattuor angulis palliorum
hiacintinas sibi fimbrias est
facere praeceptum. sacerdotes
quattuor habere uestes totidem
mysticis coloribus mira uarie
tate distinctas. pontifices & ea
quae sacerdotes & alia quat
tuor indumenti genera. colo
rum quidem eorundem sed
sublimioris gratia dignitatis

[illegible] interlucente corusca · patriarcharum atq; ipsius dni nomine redimita gestare.

Quae per singula uel exponere uel solum proponere · proprii industriam spectat operis.

ITEM IN NATAL PLURIMORU MARTYRUM ·
LEC SCI EUA SEC MATHEU ·

In illo tempore · Dixit ihs discipulis suis. Ecce ego mitto uos sicut oues in medio luporum. Et reliqua.

CXV SERMO BEATI AMBROSII EPI DE EADEM LECTIONIS SECUNDU LUCAM

ECCE EGO mitto uos sicut agnos inter lupos. Contraria sunt ista sibi animalia ut alia ab aliis deuorentur. Sed bonus pastor lupos gregi suo timere non nouit. Ideoque isti discipuli non in predam · sed ad gratiam diriguntur. Sollicitudo enim pastoris boni efficit ut lupi in agnos audere nihil possint. Lupi quid significare uideantur · debemus aduertere. Bestiae nempe sunt quae insidiantur ouilibus · circa pastorales uersantur casas. habitacula domorum intrare non audent. sonum canum · absentiam aut desidiam pastoris explorant. Ouium guttur inuadunt ut cito strangulent. Feri rapaces · idemque natura corporis rigidioris · ut se facile non possint inflectere. impetu quodam suo feruntur. & ideo saepe luduntur. Tum praeter ea si quem priores hominem uiderint · uocem eius quadam naturae ui feruntur eripere; si autem homo prius eos uiderit · exagitari memorantur.

Et ideo cauendum mihi est · ne si in hodierno tractatu spiritalium mysteriorum gratia non potuerit refulgere. lupi me prius uidisse credantur. & sollemne uocis extorsisse suffragium. Nonne lupis istis heretici comparandi sunt · qui insidiantur ouilibus xpi fremunt circa caulas. nocturno magis tempore quam diurno.

Semper enim perfidis nox est qui lucem xpi · sue nebulis interpraetationis obducere. & quantum in ipsis est fuscare conantur.

Versantur ergo circa caulas. stabula tamen xpi intrare non audent. Et ideo non sanantur quia in stabulum suum non uult eos xps inducere.